



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij  
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||  
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

**Eck, Johannes**

**1534**

**VD16 E 292**

Dom. XIX. post pent. Eua[n]. Accesseru[n]t ad Iesum. Mat. 22 Homiliae  
tres. Duæ homiliae de dilectio[n]e dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35259**

ffet, euāgelio & sacramentis omnibus adhuc careremus. Humilitatē in omnibus amat dominus, nec sine ea quēquam recipit, quum illa ianua sit qua ingredi oportet in cælum. Ianua autem ista humilis est, quum & Christus mitis existat & humilis corde: ideoq; per eam superbi intrare non possunt, sed confringunt capita sua. Tu itaque si Christiano uis gaudere nomine, fac sis humilis ut Christus: in cælum uenire si optas, esto humilis. unde & Paulus ait, Obsecro uos fratres ego uinctus propter dominum, ut digne ambuletis in uocatione, qua uocati estis in omni humilitate. Er nos igitur humilemus animas nostras coram domino, & corde contrito flentes, oremus illum ut secundum uoluntatem suam agat nobiscū. Quia cum humilibus operabitur misericordiam. in eorum ira que numero nos etiam fac esse domine Iesu, ut uitam mereamur æternam, Amen.

Johan. 10.  
Matth. 11.

Eph. 4.

Judith. 5.

DOMINICA DE

CIMANONA A FERIIS PEN-

tecostes, euangelium

Matth. XXII.



IN illo tempore Accesserunt ad Iesum pharisæi, & interrogauit eum unus ex eis legisdoctor, tentans eum: Magister, quod est mā datū magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota

Deute. 6.

QQ iii

Genit. 19  
 Marci. 12  
 Rom. 13  
 Supra. 7.  
 Luce. 10  
 Jacobi. 2

Marci. 12.  
 Luce. 10  
 psalm. 109

Marci. 22  
 Luc. 20

mente tua. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & propheta. Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid uobis uideatur de Christo: cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. At illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominū, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eū dominū, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere uerbum, neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

## HOMILIA .I.

Hierony.

Chryso.

**R**ationem euangelicæ huius historiae ipse quoque aperit euangelista. dum enim exasperato erat aduersus Christum animo Iudæi, amarulento odio erga eum concepto, quærebant quomodo occiderent eū. Iamq; ipse propositum eorum in denario impedierat, professus debere illos censum Cæsari. Saducæis silentium imposituerat, q̄ aduersabantur pharisæis, negantes resurrectionem mortuorum. Quodq; de Herode & Pontio Pilato legitimus eos in domini nece fuisse concordēs, hoc etiam nūc de Saducæis cernimus & pharisæis. Vere maleuolentia & inuidia impudentes faciūt homines, ideoq; semoto pudore, surrexit unus ex doctis illis, nō quod uellet doceri q̄q; sed ut dominū tentaret. Quod autē unus interrogauit eū, ideo factū est, ut si uinceret ille, solus confunderet; sin autem superaret dominū, omnes sibi honorē adrogarent. Omnis enim malicia cōfunditur q̄dem aliquoties ratione ueritatis, corrigitur autem nūquam, maxime eorum qui proposito malo & nō ignorantia peccant. frigidū istud fuit institutum, quasi non daretur intelligi, si unus ipse uin-

ceretur, omnes eos esse superatos, qui illū adiuuerāt, sicut ipsi in conscientia sua profiteri cogebantur. Exigua etiam ista est consolatio in seipso confundi, quum interim id alijs maxime ignorent. **Chrysoſtomus** hinc doctrinam colligit huiusmodi: Quando sæpe superati sunt phariſæi, & tamen non deſtiterunt tentare dominum, nec se fatebantur uictos, docemur nos, uinci quidem, sed non placari malitiam, sicut hic phariſæi aduerſantes ueritati, ueritatem conabantur infringere. Quisquis nanq; pro ueritate pugnat, quàm primum illam cognouerit, in eam cõsentit: qui autem ueritati aduerſatur, in eam quamuis cõmonſtratam ſibi non uult cõſentire. Attendant hic quicunq; aduerſus hæreticos diſputant, q̄ ſi phariſæi coacti ſunt ut taceant & conuicti de ueritate, utiq; fieri poteſt, ut q̄ etiam hæreticos cõpeſcat, ubi eos ſuperauerit. Quando autem **Chriſtus** ipſe phariſæos ſuperauit quidem, & tamen non compeſcuit, quod frenum iniicies tu etiam ſuperato hæretico? An ne **Chriſto** fortior es? Pẽſandum eſt hoc iſtis maxime temporibus, quum clamatur ab omnibus diſputandum eſſe aduerſus **Lutherum** & alios hæreticos. Id utiq; libenter facerent multi, ipſe q; adeo ego cum **Luthero** **Lipſiæ** tribus ſeptimanis, cum **Oecolampadio** in **Baden**. **Baden** ſuperiori quatuor hebdomadibus diſputaui. Sed fruſtra aduerſus huiusmodi hæreticos diſputatur, eo q̄ nõ quarant ueritatem, ſicut prætexunt, ſed tantum ſuos defendere errores. Ideo q; ut maxime ſuperentur, ut & factũ eſt per gratiam dei utrinq; nihilo compeſcuntur inde, ſed ſere magis ſæuiunt, iuxta uerba **Chryſoſtomi**, cui pe-  
*Chryſoſto  
Ouge.*  
 næ cõſentit **Origenes**, inquit: Proprium eſt eorum, q̄ mendacij ſunt doctores, obmutefcere quidem quantum ad rem, non autem tacere. ſane enim cum etiam uix queunt mutire, adhuc tamen non tacent. Quæ etiam cauſa eſt, qd in hac re doctores omnes prohibent diſputare cum hæreticis, quoniam & **Paulus** de diſputando loquens, ait: Noli contendere uerbis, ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Hinc eſt quod hæretici perniciõs comparantur apud prophetam, ſicut idipſum pulchre explicat **Auguſtinus** aduerſus **Fauftum**. **Paulus** quoq; eos nõ temere comparat duobus iſtis magis **Pharaonis**, q̄ ſicut illi  
*Jeremi. 17  
21. 13. c. 13.  
2. Timo. 3*

QQ iij

*Hæretici  
nolunt uinci.*

*Diſputa-  
tio Lipſi-  
ca.*

*Chryſoſto  
Ouge.*

*2. Timo. 3*

*Jeremi. 17  
21. 13. c. 13.  
2. Timo. 3*

duo, Iannes & Mābres resistunt Moysi: ita & n̄ resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. In promptu eius rei causa est, quoniam iudicem ferre nolunt: quem quum non habeant, quid timent obsecro, quo modo causa aliqua excidant? ipsi se iniustos & falsos non iudicant, quum interim si regulam Pauli obseruarent, ut duobus aut tribus propherantibus, reliqui iudicarent, iā dudum tot erroribus finis esset impositus, sed trāseo ista, & ad cætera pergo.

1. Cor. 14.

2. ¶ Quum iam ex ueritate dei obmutuissent Saducæi ad uerba Christi, accessit unus ex pharisæis. Porro sicut saluator uerbo doctrinæ suæ silentium imposuit Saducæis, sic facient & Christi imitatores exemplis scripturarum, quibus oportet secundum sanam doctrinam omnem uocem obmutescere Pharaonis, hoc est, impiorum. Pharisæus autem iste accedens, tentat dominum, & ait: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Interrogatio sane præclara, nisi ex animo maligno profecta esset, dominum ille uocat magistrum, cuius uolebat esse discipulus, simplicem se simulat interrogatorem, quum interim fraudulenter erat insidiator. De magno uel etiam maximo querit mādato, qui minimum non seruabat, siquidem ille deum iustitiam debet inquirere maiorem, qui minorem seruārit. Quicumq; nouit & interrogat non uoto discēdi, non quasi discipulus, sed quasi tētator accedit. Imo & fratrem pharisæi huius æstimare debemus, quisquis non corde bono, & simplici uoluntate doctorem interrogat de locis scripturæ. Hi nimirum sunt pharisæi isti, de quibus Dauid cecinit olim: Quia auerterunt se, & tentauerunt deū, atq; sanctum Israel &c.

Orig. hō-  
milita 23.

Chrysof.

Hiero.  
Orige.

Psal 77

¶ Pharisæus tamen hic quamuis subdola mente Christum accesserat, ex responsione tamen ipsius sese emendauit. siquidem, testante Marco, dominus uidens eum prudenter respondisse, dixit eum non longe esse à regno dei. Ita inter nos quoque fieri conuenit, utur peccator sit aliquis, audire tamen debet uerbum dei, quis scit ubi tandem gratiam suam largiatur ei deus? siquidem nescit, ait Ambrosius, tarda molimina spiritus sancti gratia, id ipsum in ministris uidemus Iudæorum, qui quum uenissent te-

Ambro.

nere dominum, audientes autem uerbum & doctrinā ipfi  
 us, reuersi ad dominos suos, à quibus emissi erant, & in-  
 terrogati cur non adducerent Christum, dixerunt nemi- **Johan. 7.**  
 nem unquam sic esse locutum, ut loqueretur ille. Sic Her-  
 mogenes sancti Iacobi aduersarius, conuersus ab eo, disci-  
 pulus ipsius effectus est. In hunc modum ex Cypriano ma-  
 go (quem Cyprianum Basilius uult eundem esse, cuius scri-  
 ptis sanctis utimur) sancta Iustina fecit ministrum dei, &  
 Catharina quinquaginta sapiētes cōuersos ad fidem ex phi-  
 losophis fecit, ut essent martyres Christi. Ne desperet ita-  
 que prædicator ex eo q̄ malos homines in grege suo ha-  
 beat. quis scit quib⁹ & quando gratiam suam effundat do-  
 minus? Ita plane euenit huic legisperito, qui ad dominū  
 ueniens, magistrum eum professus est, & de magno man-  
 dato quæsiuit. Apostoli q̄q; magistrum appellauerunt Chri-  
 stum, sed meliori adfectu quā hic pharisæus, sicut ipse  
 testatur dominus, inquit: Vocatis me, magister & domi-  
 ne, & bene dicitis, sum etenim. sic quisquis animo bono **Johan. 13.**  
 magistrum uocat dominum, recte facit. Sic hodie etiam **Orige.**  
 pleriq; faciūt Christiani. Omnis enim qui dicit, Pater nos-  
 ter qui es in cælis, non debet habere spiritum seruitutis  
 in timore. quia qui non habet spiritum adoptionis filio-  
 rum, & dicit, Pater noster, mentitur, cum nō sit filius dei,  
 deum patrem suum appellans, qui si pater eius est, cur nō  
 diligit eum? Iam ante diximus interrogationem hanc in **Malach. 1.**  
 se præclaram esse, planēq; talem, quam etiam Christiani  
 omnes attento animo obseruare, & corde percipere de-  
 bent. sed cum dixit textus eum tentasse dominum, cogi-  
 tabis forsitan, qui fieri potuerit, ut in tam magnifica in-  
 terrogatione Christum tentarit? Theophylactus respon- **Theoph.**  
 det, & ait: Accedit tentans, si adponat aliquid mādato pri-  
 mo quasi legem corrigens, unde occasionem sumeret ar-  
 guendi eum. Sunt tamen qui dicant pharisæum ratum ef-  
 se Christum pro maximo mandato propositurum illud  
 Non habebis deos alienos, quod ex omnibus decem, locū  
 primum obrinet. Id si fecisset dominus, statim obiectur⁹  
 fuerat pharisæus præceptum charitatis, quæ etiā (ex Pau- **1. Corin. 13.**  
 li sententia) fide & spe potior est. In hac interrogatione  
 id quoq; expendendum est, quod dum ille de magno quæ-

QQ ♣

rit mādato, mandata dei æqualia non esse. ideoq; nec trā-  
gressionem peccati æqualem esse certum est, quia priuatio  
mensuratur secūdam habitum. Sequitur inde quā im-  
merito dixerit hereticus Loumianus, omnia peccata æqua-  
lia esse, quam sententiam **D.** Hieronymus forrriter quā  
plurimis sacre scripturæ argumentis impugnat. Sicut. n.  
boni non æque omnes sunt boni, ita mali nō iuxta mali  
existunt omnes, quomodo & sancti non omnes æqualiter  
sunt sancti, iuxta illud **Pauli**: Alia claritas solis, alia lunę,  
& alia stellarū. sicuti nāq; stella à stella differt in claritate,  
sic erit & resurrectio mortuorū. **Origenes** quoq; ait: Si tē-  
tanti pharisæo dominus non respōdisset, consequenter  
æstimabamus non esse mandatum alio maius: quando tu-  
tem respondit, necessario sequitur mandatorum alia ma-  
gna, mediocria alia, alia etiam esse minora.

3. ¶ Respondit ergo dominus & dixit: Diliges domi-  
num deum tuum ex toto corde tuo, in tota anima tua, &  
in tota mente tua. Hoc est maximum & primum manda-  
tum. Responsione hac dominus & pharisæū ipsum & fal-  
sam eius arguit conscientiam. Dilige, inquit, domini  
deum tuum. quasi diceret, Non sicut tu, qui deuotionem  
tantum exhibes ore, & dolos meditaris in pectore. Con-  
stat hinc, iam inde à tempore **Moyfi** usq; ad **Christi** aduē-  
tum, quæri solitum inter **Iudæos**, quod esset magnum mā-  
datum: neque erat inuentum, donec ueniens **Iesus** docuit  
non solum, quod esset magnum, sed etiam primū. Pater  
igitur ordinē & gradus quosdam esse mandatorum. Dein  
de certi iam sumus, quodnam sit mandatū primum, quod  
proximum: deinceps autem ad tertium, quartum & reli-  
qua procedendo, nihil nobis constat, sed **Christus** tantū  
qui uirtus est & sapiētia patris; id ipsum nouit. Esse autē &  
mandatorum aliquod minimū, satis patet ex uerbis **Chri-  
sti**, quando dixit: Qui soluerit unum de mandatis istis mi-  
nimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in re-  
gno cælorum. Cæterum omnis illa mandatorum magni-  
tudo intelligenda est ratione dignitatis, non necessitatis,  
qua æque necessaria sunt omnia inter se inuicem conne-  
xa, & uelut concatenata. Sed & eadem mandatorum om-  
nium utilitas est, meritū uitæ æternæ. Atq; interim in uno

Lib. 2

1. Cor. 15

Orige.

Chrysof.

Orige.

Matth. 5

Chrysof.

tamen magis q̄ in alio exercere se, id plus utilitatis habet, sicuti uicissim plus peccat, qui in hoc q̄ alio p̄cepto delinquit: puta maior offensa est concupiscere uxore, q̄ aliam quamcumq; rem proximi, & maius est adulterio homicidium. In uniuersum q̄q; loquendo, grauiora sunt p̄tā q̄ directe aduersantur deo, q̄ quæ cōtra proximū fiūt. Odio igitur prosequitur maximū p̄tā deus, cuiusmodi est alienos deos colere, deū blasphemare, neq; in eū recte credere. Vtiq; grauiora hæc sunt p̄tā adulterio, homicidio, furto &c. Videant interim neochristiani, qui parui faciunt sua naufragia in fide. nō exigū est in fide impingere aut aberrare, qm̄ eo ipso grauiter offenditur deus, imō & uehementius q̄ si latrocineris, fureris, adulteria cōmittas & homicidia. Neq; parui momēti est, obseruare quæ qbus p̄ceptis sint matora, ut hinc cōstet nobis, quando graui⁹ ad irā cōciliem⁹ excelsum. Hinc etiā sequit̄ aduersus neochristianos nō nihil, cū dicunt, fidē supremā esse uirtutū omniū. Contra sentit Paulus, cū ait: Maior horū charitas. Cui 1. Corin. 13. accedit & ille optimus p̄ceptor Christus dñs: Hoc est maximum, inquit, & primū mandatū. Quod si mandatū illud de charitate maximū est, quō nō ipsa etiā charitas uirtus erit maxima? Ut interim errēt turpiter explodendiq; sint, qui obganniūt, dicētes: Fides uirt⁹ maxima est, fides est quæ sola iustificat hominem, cū similibus erroribus.

4. Consequitur inde q̄q; cur dicat dominus, diliges dñm deū tuū, non cognosces, qm̄ cognoscere deū nō solum bonorū est, sed & malorū: quamobrē & dæmones credunt simul atq; contemiscunt. Verum diligere deum, p̄ Jacobi. 2. prie piorum est & bonorum hominum. Similiter nō dicit ille, Metues dominum deū tuum. siquidē diligere plus est q̄ timere. Hoc . n. est qd̄ dicit Chrysostr. Chrysostr. Inchoatio culturæ dei, timorē habet, perfectio aut̄ dilectionē, si nō uerū ē qd̄ ueritatis adsertor uere utiq; dixit: Perfecta charitas expellit timorem, qui quā diu in homine seruiliter permanet, non diligit deum, cum timor seruorum, 1. Johā. 4. dilectio autem sit filiorum. Quisquis ergo bonum facit timore seruili, atq; adeo metu pœnæ, iustificatus nōdū est. Et hic ipse deus noster misericors & miserator dominus est, q̄ nō uult à nobis timeri ut dñs, sed diligi tāq; pater, q̄



omnibus nobis spiritum dedit filiorum adoptiōis. Id ad-  
eo in prima hominis creatione declarauit dominus, quan-  
do non dicit dominus: **F**aciam hominem, uel fiat homo,  
ut in cæteris, sed faciamus hominem ad imaginem & si-  
militudinem nostram. In domo autem non serui, sed filij  
similes sunt parentibus, ut ait **Ch**rysoſtomus.

**Sene. 2.**

**Chryſoſt.**

**Deute. 6.**

**Matth. 22**  
**Luce. 10**

**Marci. 12.**

**¶** Dixeris autem: **Q**ui sit tandem quod mandatum il-  
lud ut est & primum & maximum, non æque in omnib⁹  
ſcripturæ locis est deſcriptum? **I**n Moſe nanq; legimus,  
**D**iliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota  
anima tua, & ex tota fortitudine tua, pro quo hic apud  
**M**athæum habemus. **E**x tota mente tua: in **L**uca uero q̄-  
tuor iſta colliguntur in hunc modum, **D**iliges deum ex to-  
to corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus uiribus tuis,  
ex tota mente tua: idem quoq; apud **M**arcum in quatuor  
hæc membra diuiſum legitur. **N**eq; interim eſt quod hic  
ullam ſuſpiceris diuerſitatem. ſiquidem quod Moſes no-  
mine fortitudinis expreſſit, paulo ſignificantius expoſu-  
erunt euangeliftæ, cum dixerunt: **E**x cunctis uiribus tuis  
& ex tota mente tua. **Q**uia tunc aliquid ex tota fortitudi-  
ne diligitur, quando ex toto cordis adfectu, omnib⁹ eſſe-  
ſtu amatur in opere. **Q**ua de re plura in ſequenti dicemus  
homilia, opitulante nobis gratia dei, quam nunc proſu-  
ſis precibus omnes dari peramus, non audiendi tantum,  
ſed & opere implendi hæc ſalutaria fidei præcepta, ut di-  
ligere poſſimus deum ex toto corde noſtro, ex tota ani-  
ma et cunctis uiribus, tandemq; poſt hanc uitam illam  
conſe qui mereamur æternam. **A**men.

**HOMILIA SECUNDA DOMINI**  
**cæ XIX. à ferijs pentecoſtes,**  
**de dilectione dei.**

**M**aximum ac primum eſt mādarum, **D**iliges do-  
minum deum tuum ex toto corde tuo, in tota  
anima tua, & in tota mente tua. **¶** **U**t autem mā-  
darum hoc eſt maximum, ita eſt etiam intellectu omnib⁹  
difficiliſimum, multo tamen difficilium, operibus id adim.

plere. Cum autem præceptum hoc unâ cum alio de dilectione proximi mandato tam late se extendant, adeo ut omnis lex atq; propheta in his pendeant, certa huius mândati cognitio nobis est necessaria, ut operibus id designare noscamos. Proinde mandatum hoc in præsentia, dei adutorio, clarius declarare & interpretari uolo. **Mat. 22**  
 Idq; principio facturus specialiter, ad sententiam quorundam sanctorum patrum atq; doctorum, deinde ad communẽ scripturã sacrã intellectum. Principio omnium inuenio beatum Augustinum sic explicasse: Diliges dominum deum ex toto corde, tota anima, & tota mente, adeo ut omnes cogitatus, omnem uitam tuam atq; conatum, oẽm item sensum & intellectum tuum dirigas in deum, à quo hæc omnia à te in eum directã, recepisti. Cum enim dicit, ex toto corde, tota anima, tota mente; nullam uitæ nostræ partem relinquit ociosam, aut aliquam præstitit occasionem uel locum, quid aliud à se super omnia diligendi. Quinimo, quicquid diligendum nobis occurrit, hoc totũ eo uel referri, uel rapi debet, quò omnis motus dilectionis fuit, nimirum in deum. Hoc est, deum diligere debemus super omnia, cætera uero propter deum sunt diligenda. **Deum diligere ex toto corde**  
 Quod alio in loco (restante hic Glossa) sic declarat, ut dominum diligamus ex toto corde, id est, ex sana dei cognitione absq; errore. sicq; cor nostrum in summam ueritatem absq; errore erigi debet. Diligere ex tota anima, est diligere ex bona uoluntate absq; rebellionẽ, ne abstrahi se sinat uoluntas à bono, repugnante sibi malo. Ex tota mente diligere, est sic diligere tota, absq; obliuione, memoria, ut perpetuo dei cognitionem memoria seruet, nec suũ unquam obliuiscatur. (In summa, cor refertur ad intellectum, anima ad uoluntatem, mens ad memoriam) Proinde qui deum diligit ex toto corde, is intellectum suum in seruitutem **CHRISTI** debet captiuare, ut Paulus inquit, **2. Cor. 10:**  
 quod omnem diligentiam suã principaliter Christo tradat, & conetur ac toto feratur affectu in diuinitatis aut diuinæ essentiæ fruitionem. Præterea ex tota anima, ut nemo per nullum commodum uel incommodum temporale, nos abstrahat à charitate dei.  
 ¶ Ex toto corde diligere deum, diuus exponit Chry-

Augu. de doctrina Chrustia. li. 1. ca. 22

Deum diligere ex toto corde etc.

2. Cor. 10:

**Chrysof.** <sup>613</sup> **Cor.** **ostomus**, ut cor tuum ad nullius rei dilectionem magis afficiatur quam dei, neque in alicuius creaturae specie magis delectemur quam in deo. Non in honore, nec auro uel argento, nullo precioso uestitu, uel ornatu, non pueris aut amicis; atque in uniuersum, quicquid diligit homo, semper debet magis diligere deum. Perinde atque uxor honesta, prae quocumque, etiam speciosissimo, sapientissimoque uiro, suum diligit maritum &c. quamuis alius sit pulchrior illo, id tamen nesciat, nec oculis suis quisquam pulchrior suo appareat. Quod si intra semetipsam dixerit, siue maritum suum alteri pulchritudine fore similem opinerit, iam ex corde eum non amat: quandoquidem diuisa est, ex quo alterius pulchritudinis est cupida, consequens est amorem iam esse diuisum. Sic quae libet anima Christo fidelis, quae est sponsa Christi, neminem a domino potius diligere debet. Quaecumque etenim anima creaturam aliquam duxerit creatore meliorem, commodiorem, praestantior, gratiorem, magisue delectabilem, haec deum ex toto corde non diligit.

**Anima.** **Chrysof.** ¶ Ex tota anima diligere, inquit Chrysofomus, est certissimum habere animum in ueritate, & firmum in fide, quo nobis innuit in corde quasi uiuam atque sensibilem esse dilectionem, quae mente cognoscat. ut si fide cognoscas unum esse deum, a quo & per quem omnia sint facta. Si quis ergo de essentia diuina addubitare coeperit, is deum ex tota anima non diligeret.

**Mens.** **Chrysof.** ¶ Ex tota mente dilectio tunc fit, quando sensus nostri omnes ad mentem pertinentes, in deo sese exercent, ubi tota sua sapientia, scientia, cogitatus, memoria, deo seruiunt, quemadmodum de se testatur Paulus: Psallam spiritu, psallam & mente. Si quis igitur secundum deum non sapit, aut cuius cogitatus deo displicet, deum tota mente non diligit, quoniam & sapientia & cogitatus sui sunt temporales, carnales, uacui & inanes. Per cor, Origenes intelligit omnes cogitationes, operationes & memoriam, ut qui ex toto corde diligunt, apud se illam dilectionem recondant & operationes eius & cogitationes. Ex tota anima, id est, ut parati sint eam ponere pro pietate dei, quando utilitas exegerit uerbi. Et in tota mente nostra, nihil

Aliud cogitantes uel proferentes, nisi ea quæ dei sunt. Bernat. de  
 nardus sic uult. Deum ex toto corde diligendū rationabi diligendo  
 liter scilicet ac sapienter, ut supra deum uel paritercū deo deo.  
 nihil diligamus. Ex rota anima, id est, animi iucunditate  
 siue dulcore, absq; tristitia uel acerbitate, ita ut deo sim<sup>o</sup>  
 grati, eius bonitatem & beneuolentiam agnoscentes.  
 Ex tota mente, hoc est, fortiter diligamus, ne quis ex pu  
 sillanimitate uel pudore aut metu siue tædio laboris ad  
 fectus, in dei seruitute deficiat.

¶ Quāq; aūt sancti patres proculdubio causam hanc  
 probe expenderint, & sint interpretati, atq; singula hæc  
 scripturæ testimonijs ornari atq; probari possent, ea tamē  
 q̄ possum apertissime: ac ut uulgus facillime capiat, apertif  
 time deo adiutore tradā. Ad q̄d animi mei propositū faci Alterum  
 lius cōsequendū, sequēs pono fundamentū: Quod alterū altero  
 altero plus diligere pōt, intelligi q̄tuor modis. Primo, q̄ plus dilī  
 in unū maiori feratur adfectu amoris uel dilectiōis essen  
 tialiter & intensiue, quemadmodū aq̄ calore ebullitēs, cali  
 dior est aqua tepida. Deinde pōt magnitudo amoris cōsi  
 derari, rōne subiecti uel obiecti, q̄nī uni maius bonū faueo  
 q̄ alteri. Tertio inhæsiue, q̄ cū naturali<sup>o</sup> tū firmi<sup>o</sup> uni dile  
 ctio inhæret q̄ alteri. Vltimo æstimatiue, uel (ut dici solet)  
 appreciatiue alterū altero plus diligeat, q̄d quādoquidē re  
 tineri nō pōt, p̄eligitur tamē unū alteri, q̄ citius retinet  
 alio amisso. Primū ergo est ex parte actus, alterū ex par  
 te subiecti, tertium ex parte radicationis in subiecto, ul  
 timum appreciatiue. Quæ licet aliquibus uideri possent  
 obscuriora, infra tamen sient clara & liquida, ac sole ma  
 nifestiora. Fundamento hoc, ut præfertur, supposito, pri  
 mum dico: Deum super omnia & præ omnibus diligere, Deum dilī  
 non est adeo necessarium, ut quis deum præ cæteris reb<sup>o</sup> gere super  
 omnibus ardentius feruentiusq; diligat. Nam si deo glo  
 riam summam atque honorem, summūq; bonum q̄d  
 in me est impendere uolo, hunc super omnia diligo siue  
 intensius, remissiue aliud diligam. Neq; eō præceptum  
 hoc se extendis. Et enim intensum atq; remissum non ua  
 riant speciem, quantūcūq; remisse diligeam deū, dū ta  
 men diligā deum super omnia; nō dicor defecisse à præ  
 cepto. Argumentum à simili: Si quis habeat uicinū frequē  
 si & amica consuetudine sibi iunctum, habeat itē patriæ

sua, uel territorij principem aut ducem, cui ut domino suo in debita obedientia subiectus, omnem dignitatem fauet atq; honorem; is licet uicinum suum intensius feruētiusq; domino principe diligat, ob continuam consuetudinem & frequens amoris exercitium. (Ex actibus enim frequentibus intenditur habitus) Principem tamen plus quam uicinum diligit, quandoquidem illi plus honoris & dignitatis fauet quam uicino suo. Porius quoq; uicini quam principis indignationem, si tempore & loco oporteret, incurreret. Vitæ quoq; discrimen ac mortis periculum citius pro principe quam uicino subiret. Et si alterius indignationem hunc sibi incurrere oporteret, uicini magis quam principis præoptaret. Interim tamen si uicinum contingeret obire mortem, hic maiori animi mœstitia afficeretur, ac si principem audisset obisse. Par est ratio propositi nostri: Si quis hominum, alterum ardentiori feruentioriq; deo prosequatur amore, interim non peccat, dummodo summam gloriam, summumq; honorem, bonum ite, quod in se est, summum deo impendere curet & studeat. Sequitur hinc secundum dictum.

2. Nos omnes ac singuli deum super omnia diligere debemus atq; tenemur, sic uidelicet, ut maius bonum præ cæteris omnibus creaturis illi uelimus & faueam<sup>us</sup>. qui, si secus uellet, uellet deum non esse deum. Quemadmodum demones omnesq; damnati deo inuidet, ac deum non esse cupiunt, ne posset ab eis sumere supplicium. Deum diligere super omnia, nemini nostrum est adeo necessarium, ut amor dei naturalius magisq; anxie præ cæteris rebus omnibus nos angat afficiatq; licet hoc hominem maxime addeceret. hoc enim amore, homo naturaliter super omnia se diligit. Hæc est naturæ ac carnis nostræ cæcitas, quæ nec uidere, nec eo attingere potest, ut deum super omnia alia atq; seipsam diligendum intelligat: sed sese respiciens, se plus cæteris omnibus ac deo ipso amantissime amat. At gratia ueniente & docente naturam carnis red didit meliorem, insinuans maius quoddam esse bonum, nimirum deum super omnia diligendum. Et si ardenti feruentiq; amore in deum ferri, quemadmodum sancti ac dei electi fecerunt, bonum, utile ac salutiferum foret, quod

& Propheta David dicit: Cor meum & caro mea exultraue-  
runt in deum uiuum, non tamen est nobis id præceptum. *Psalm. 83*  
Verum, ut antea est dictū, deum diligere debemus super  
omnia appreciatuue, ne ob quācunq; huius seculi rem dei  
dilectionē amittamus. Quod his uerbis *Berson* resatur:  
Inter omnia quæ nobis proponuntur, nihil debemus dili-  
gere, per quod dilectionē dei amitteremus. Ex hoc igitur  
nunc apparet, qui fiat ut peccator dei charitatem & dile-  
ctionem amittat, unde seipsum super omnia diligit, ac su-  
pra deum (ut *Augustinus* dicit) se erigat. Quæ sic sunt ac-  
cipienda, ut iam porro declarabimus. *Augu. de doct. Chri- sti. cap. 12*

¶ Quando peccatum nobis prohibuit deus sub inter-  
minatione mortis æternæ, & amissione salutis & uitæ cæ-  
lestis, homo autem sic adficitur, ut nihil considerato præ-  
cepto dei, uelit suæ libidini & appetitui satisfacere cibo  
& potu, luxuria uel etiam cupiditate uindictæ, aut super-  
bia uitæ & avaritia, sicq; statim peccet, is sane non dili-  
git deum super omnia. siquidem qui uidet luxuriam sibi  
prohibitam à deo, et tamen mandatum diuinū transgre-  
ditur peccans, chariorem sibi habet uoluptatē, quā deū  
ipsum. Rursus si is magis diligeret deū, faceret sane quod  
beneplacitum esset ei, neq; temere ipsum offenderet, exti-  
guæ & momentaneæ uoluptatulae causa, transgrediendo  
mandatum domini. Atq; hæc ipsa causa est, quod homo  
creaturam aliquam magis q̄ deū diligens, ipso facto amit-  
tit gratiam & charitatem dei. *Augustinus*

¶ Sicq; ille seipsum pro deo habet, quoniam dum pro-  
pter unicam uoluptatem, quam uel ex bonis, uel honori-  
bus, uel etiā ex carne sibi concipit, magis uult carere deo  
& gratia illius præ uoluptatis huius illecebris, nonne uo-  
luptatem appetit propter seipsam, & sibi met eligit uelut  
magnum aliquod & summum bonum: unde sequitur, q̄  
peccator dilectionē dei relinquens, incipit iā semetipsum  
amare sup oia, siquidē luxuriosus quispiā mulieres amat,  
non illis, sed sibi met in bonū. Auarus diuitias amat in suū  
commodum. Vino quoq; delectatur ebrius ob uoluptatē,  
quam ipse sibi inde concipit. Quando igitur sic peccator  
seipso fruitur super omnia, semet pro deo habet, saltem  
interpretatiue, uere enim deus bonum summum est, atq;  
R R

hoc super omnia maxime diligendum: & peccator, q̄ se  
met super omnia diligit, quasi ipse bonum esset summum,  
seip̄m uidetur facere deum, sicut de inimicis crucis Christi  
Paulus loquitur, dicēs: Quorum finis interitus. quorum de  
us uenter est, & gloria in confusione ipsorum, q̄ terrena  
sapiunt. Atq; hoc modo quilibet peccator dici potest ido  
lolastra, eo q̄ deum uerū relinquit, & semetipsum uelut ido  
lum erigit, iuxta illud Samuelis: Quasi scelus idololatriæ  
est nolle acquiescere. Atq; ea ferē omnis humana peruer  
sio est, iuxta Augustinum, quod etiam uitium uocatur,  
fruentis uti uelle, atq; frui utendis, quod omnes commu  
niter faciunt peccatores.

Philip. 3

1. Reg. 15

q. 30. 99. 83

Peccatō.

¶ Sequitur inde quā omnino graue & uitiosum quid  
sit peccatum, eternaq; p̄na dignissimum. Duo enim sunt  
in peccato, conuersio cordis humani ad creaturam cadu  
cam, alterum uero ipsa est auersio à summo & immutabi  
li bono: quoniam quum temporale nimis amatur, amitti  
tur æternum. Dum ergo anima hominis se ad finitum &  
periturum bonum cōuertit, peccat quidem, sed ita tamē,  
ut in se peccatum illud temporaliter tantum sit punien  
dum. In eo autē, quod se à summo & infinito bono auer  
tit, & sese priuat æterna salute, peccatum sit malum infi  
nitum, & sine fine æternis supplicijs puniendum, planēq;  
infinita p̄na dignum. Errant itaq; & impie loquuntur  
quotquot aduersus iustitiam dei temere blaterāt, unde fi  
ar, quod deus peccatorem aliquem ob breuem delectatio  
nem, tam duriter & sine fine affligi sinat, quum tamē nō  
deceat p̄nam peccato esse maiorem. Ad hoc enim aper  
ta est responsio, quod quamuis peccati uoluptas breui  
scula est & exigua, s̄p̄e q; ipsa sibi p̄na existens, flagellū  
secum fert in tergo, ut sic in se exiguam tantum merea  
tur p̄nam: quando tamen peccator breuem istam dele  
ctationem pro æterno bono adsumit, illāque hoc ipso  
habet chariorem, sit ut merito æternis deputari debeat  
supplicijs. Mitto scripturas quæ hic induci possent, eo q̄  
sic non possem materiam istam multis pertractare sermo  
nibus. Tu tamen concionator si omnino uis adferre scri  
pturas, hoc facito ex sequenti sermone.

¶ Cæterum, ut ad prima reuertamur, & maximum

Primum mandatum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Quinam hoc, ut sancte præceptum est, ita pari pietate & diligentia obseruaretur ab omnibus, atque cum debito seruire & omnino (quod a sunt) intensiue. uerum tamē potest alicui homini dilectio uel charitas alterius magis esse cordi & adfectui, nullius autem amor creaturæ maioris ponderis siue momenti esse debet quàm dei: non secus quàm si quis nepotem aut alium puerum secum foueat, qui quicquid ille uelit & optet facit, hunc ille sane ex quotidiano conuictu diligere potest familiaris, quā proprium fratrem, quem uix semel aliquot annis uiderit. quod si iam illi paruulus iste seu nepos moriatur præmaturus, nonne fieri potest, ut magis doleat & angatur animo mororēque conficiatur ex ipsius quàm proprii fratris morte, & si aliās essentialiter plus diligat fratrem, atque plus suo nomine audeat, perferret & sustineret quàm propter puerum? Ita & hic in proposito modo se res habet, quæ etiam radix est illius dubij, que modo Christus magis dilexerit Petrum & seruentius quàm quemcunque alium apostolum: & tamen familiaris adhuc eo dilexit Iohannem sicut dicturi sumus fauentibus superis in festo Iohannis.

In 3. par.

¶ Dices, Quo pacto seruire potero mandatum illud tantum? Respondeo hic quoque, quàm diu sumus in hoc mundo & in nobis habitat peccatum, tyrānusque ille lex membrorum in nobis regnat, euolare non possumus utraque ala charitatis ad deum sine impedimento, quoniam corpus quod corrumpitur, adgrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem, ut iam nō possimus libere euehi ad celestia, imperfectos nos reddēte fragilitate ista humana in corpore hoc mortali, adeo ut etiam Dauid recte dixerit: Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & irem Isaias, Omnes iustitæ nostræ sunt ut pannus menstruatae mulieris. Atque ideo præceptum hoc in hac uita perfecte non impletur, sed in illa demum patriæ, quando ad sociabimur choris beatorum, tunc enim laudabimus & uidebimus eum citra omne impedimentum in secula, Amen.

Roma 7  
Sapient. 9

Psalm. 138

Isaie. 64

R. R. ij



HOMILIA TERTIA SVPER EVAN  
gelio eiusdem decime nonae dominicae à fe  
rijs Pentecostes.

**Q**Vandoquidem hic dominus dicit primum & ma-  
ximum esse præceptum legis, de diligendo deo ex  
toro corde, anima & mente, atq; adeo ex hoc uno  
pcepto charitatis dei & proximi uniuersa lex p̄det & pro-  
pheta, age paucula adhuc de charitate dei disseramus: pri-  
mum omnium precantes ipsum, ut nobis quoq; per suam  
misericordiam donare dignetur charitatem & dilectionē  
illam, quatenus nihil in hoc mundo tantopere diligamus,  
unde charitatem dei amitteremus. Vere enim ex sentētia

**Augustin.** Augustini charitas uia illa est, qua homo tendit ad deum,  
quaq; deus hominibus appropinquat, ita ut sine ea nō pos-  
sit homo accedere & peruenire ad deum. Quamobrem il-  
lam toties & tam diligenter commendauit nobis & præ-  
cepit, ut hic apud **Lucam**, & alibi apud **Matthæum**, & sæ-  
pissime in ultimo suo sermone, quem **Iohānes** descripsit,  
ubi dixit: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem  
sicut dilexi uos. Deinde maiorem charitatem nemo ha-  
bet, nisi ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Et  
rursus, Manete in dilectione mea. si mandata mea seruau-  
eritis, manebitis in dilectione mea. Iterum quoq; postea,

**Ego** præcipio uobis, ut diligatis inuicem. & antea, Mada-  
rum nouum do uobis, ut diligatis inuicem. In hoc namq;  
cognoscent omnes, q̄ mei estis discipuli, si dilexeritis in-  
uicem. Omnis qui diligit me, mandata mea seruabit, & pa-  
ter meus diliget eum &c. Neq; minorem adfectum & sati-  
ctæ charitatis commendationem habent plura alia scri-  
pturæ sacræ testimonia, quibus nos sp̄s sanctus ad dile-  
ctionem mutuam hortatur. **Paulus** enim sic ait, omnia ope-  
ra uestra in charitate fiant. & paulo ante, sectamini chari-  
tatem, & mulamini sp̄alia atq; in alio loco iubet nos p̄q̄  
omnibus habere dilectionem, q̄ ea sit uinculum perfectio-  
nis. præcipit etiam nobis, ut operemur ueritatem, crescē-  
tes in dilectione in eo, per quem omnia, qui & caput est  
dominus **Christus**, & deinceps sic ait, Estote imitatores

*ut hinc ad Matth.*  
**Luce. 10**  
**Iohan. 15**

**Iohan. 13.**  
**Iohan. 14**

**Scriptu-  
ra locu-  
ples de  
charitate.**  
**1. Cor. 16**  
**1. Cor. 14**  
**Col. 5**

**Eph. 4**

**Eph. 5**

dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit uos, & tradidit semetipsum pro uobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Ad eandem quoque nos charitatem sectandam adhortatur Petrus, inquit: Ante omnia mutua in uobismetipsis charitatem habentes, quia illa operit multitudinem peccatorum. Dilectissimus porro Christi discipulus Iohannes, multis modis nos adhortatur ad charitatem mutua, adeo ut dicat Augustinus, non esse librum aliquem ueteris & noui testamenti, in quo amplius commendetur charitas, ut in Canonica Iohannis, inter cetera namque ille sic ait, Charissimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo est, & omnis qui diligit fratrem suum, ex deo natus est, & cognoscit deum: qui non diligit, non nouit deum, quoniam deus charitas est. Charissimi, si sic deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Multa ibidem charitatis preconia habet Iohannes in canonica, & Augustinus quoque super eandem scribens, ait: Charitatem commedamus, charitatem commendat haec epistola. & tractatu septimo, Semel breue preceptum tibi precipit, dilige & fac quod uis, laudat charitas uobis habere, possidere. & inde tractatu octauo, Dilectio dulce uerbum est, sed dulcius factum. Quid aliud post resurrectionem suam dominus ex Petro inquisiuit, nisi illud an diligeret ipsum? aut quid causa fuit, quod pro nobis mortuus est Christus, nisi haec ipsa dilectio? Quid Stephanum compulit orare pro lapidantibus se? charitas. Sed nunquid etiam charitas in causa fuit, ut diceret Paulus, Ego libentissime impendam, & superimpedat ipse pro animabus uestris, licet plus uos diligens, minus diligar. Quam porro pulchrum est quod dicit ibidem Augustinus, Signet se omnes signo crucis Christi, respondeant omnes, Amen, cantent omnes Alleluia, baptizentur omnes, intrent omnes ecclesias, faciant pariteres basilicarum, non discernuntur filij dei a filiis diaboli, nisi charitate. Magnum indicium, magna discretio. Et plenitudo legis charitas, puto istam margaritam esse inuentam a negociatore. Qui proximum diligit, ait Paulus, legem impleuit. Nos tamen dilectissimi non solum uerbo diligamus & lingua, sed opere & ueritate: quia sic etiam Augustinus, ut supra induximus, nos ad charitatem induxit.

R. R. iij

1. Petri. 4.

Augustin.

1. Joh. 4.

Augustin.

Johan. 21.

Actus. 7.

2. Corin. 12.

Tract. 5.

Matth. 13.

Roma. 13.

1. Joh. 5.

Tract. 7.

ritatem exhortatur, quod dulce uerbum sit dilectio, sed tamen longe dulcius factum.

**Charitas laus.**

**¶** Preciosum thesaurum, o immensum & incomparabile precium charitatis, nihil eo nobilius, nihil sanctius, nihil in terra inueniri potest preciosius. Quid enim obsecro futurum de tota ecclesia, si charitas non sit? nihil. Quid opera bona omnia, si charitas non sit? nihil, aut si quid etiam uanius est nihilo. Quid sancti omnes forent ante ipsum quoque conspectum dei, si non sit charitas? nihil. Atque hoc est quod Paulus considerauit, dicens. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut aes sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Et uos itaque in Christo domino dilectissimi, sectemini charitatem dei, quoniam sine illa frustreris & expectabitis salutem animarum uestrarum.

**1. Corin. 13.**

**1. Thimo. 4. & Jaco. ult.**

**Luce. 7.**

**1. Corin. 13.**

**¶ Fructus charitatis**

2. **¶** Ad hæc charitas non tantum preciosum adeo est donum dei in seipsa, sed etiam eo magni facienda est, quod fructus secum adportat & maximos & præstantissimos, quorum nunc aliquot uobis commemorabimus. Principio enim purgat & purificat hominem à peccatis, iuxta illud Sapientis: Vniuersa delicta operit charitas. & istud quoque Jacobi, Charitas operit multitudinem peccatorum. Id adeo suo nos docet exemplo Maria, cui ideo dimissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum. Charitas soli similima est. sol quum primum oritur, euanescent tenebræ omnisque caligo noctis. Et in nobis quando oritur sol charitatis diuinæ, prostrigantur tenebræ peccatorum. Quod & Paulus non ignorauit quum dixit. Charitas non æmulat, non agit perperam, non inflat, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritat, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate. (Si uis, ex eo loco Pauli fac elegantem sermonem de charitate, habes ibidem affirmatiue septem bona, quæ opatur charitas; habes negatiue septem

mala, à quibus tu es charitas hominē. & est materia vulgari-  
ris, & secundū qualitātē auditorū, pulcherrime applicabis  
monachis, clero, rusticis, ciuibus, nobilibus, uirginibus, mu-  
lieribus, experire, & fateberis me uerum dixisse.)

2. **F**acit etiam charitas, ut homo bene placeat deo cū  
opibus suis, ita ut ille in homine cohabitēt. Quod uel in-  
de maxime patet, quā adeo displicet diabolo placere chari-  
tatem illam deo. sic Sapiēs ait, Ego diligentes me diligo.  
Atq; id quod merito fit, ut placeat deo dilectio, quādo ipsi  
etiam tantopere & super omnia placet deus, ut ait in euā-  
gelio dominus: Qui diligit me, diliget à patre meo: & ego  
diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Neq; homo tā-  
tum acceptus sic fit deo, sed & omnia opera eius quæ per  
se uana forent & inutilia, ea iam per charitatem deo pla-  
cent & accepta fiunt simul ac meritoria uitæ æternæ, sic  
ut ex superioribus Pauli uerbis satis manifeste patet. Vir-  
tutes oēs opus colligūt meritorium, sine charitate tñ meri-  
torium nullū est, ipsa autē plus cæteris omnibus colligit, ut re-  
cte de ea dicatur istud Sapientis: Multæ filia congrega-  
uerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas. Inde ita patet  
intellectus uerborū Augustini: Nō numerositas operū, nō  
diuturnitas temporū, sed maior dilectio auget meritū. Vis  
hoc uidere? si quando propter deū missam audis, si sis in  
gratia dei, plus mereris quā si missas audires sexcentas  
desertitus omni gratia & charitate dei.

**E**t qui ieiunat unū diē in dilectiōe dei, quāto plus mere-  
tur ad uitā æternā, q̄ si annū totū ieiunet extra charitatē  
dei: Amor em̄ est pondus anime & operū, quæ charitas ar-  
dens facit opa multū ponderosa, rursumq; si nulla adsit di-  
lectio, nullius ponderis fiunt opera. Charitas ergo si se-  
mel mentē ceperit, ad innumerabilia opera eā extrudit.  
Testatur idem Hieronymus quoq; quum ait: Charitas est  
secundū quam opus mensurat & attendit. An quod aliud qu-  
tidianis à deo precibus efflagitamus nisi misericordiam?  
Atq; ille diligētibus se misericordiam facere, p̄fitetur. Sed &  
charitatē ille præcipue p̄ oibus, quæ nobis exhibuit, po-  
stulat, à nobis, dicens: Et nunc Israel quid dominus tuus  
petit à te, nisi ut diligas eum & ambules in uis eius? Sa-  
lutaris itaque & sancta salutatio est, quam Paulus dat

R. R. iij

Proue. 8

Johan. 14

1. Corin. 13

Proue. vlt.

Augustin.

Berou.

Hugo de

de: Amor em̄ est pondus anime & operū, quæ charitas ar-  
dens facit opa multū ponderosa, rursumq; si nulla adsit di-

lectio, nullius ponderis fiunt opera. Charitas ergo si se-  
mel mentē ceperit, ad innumerabilia opera eā extrudit.

Hierony.

Testatur idem Hieronymus quoq; quum ait: Charitas est  
secundū quam opus mensurat & attendit. An quod aliud qu-  
tidianis à deo precibus efflagitamus nisi misericordiam?

Atq; ille diligētibus se misericordiam facere, p̄fitetur. Sed &  
charitatē ille præcipue p̄ oibus, quæ nobis exhibuit, po-  
stulat, à nobis, dicens: Et nunc Israel quid dominus tuus  
petit à te, nisi ut diligas eum & ambules in uis eius? Sa-  
lutaris itaque & sancta salutatio est, quam Paulus dat

Exodi. 10.

Deut. 10

- 2. Thes. 2** Thessalonicensibus, cum ait: Dominus dirigat corda & corpora uestra in charitate. Quid multa: sicut non habenti charitatē clauditur ianua regni cælestis, ita uicissim habentibus illam aperitur ianua paradisi, eo q̄ charitas animam & opera eius omnia facit bene placere deo, & multum mereri. sic Paulus, Scimus, inquit, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundū propositū uocati sunt sancti. sic & Hieronymus ait: Quisquis diligere incipit deum, iam incipit inhabitare cælū. Porro quā grata deo charitas est, tam ingrata diabolo, qui nihil prius habet aut antiquius, quā ut charitatem adimat homini. Id ipsum pulchre testatur Gregorius: Antiquus hostis castitatem in nobis non timet, quia ipse carne non premitur, ut luxuria dissoluatur: abstinentiam nō timet, quia ipse cibo non utitur, qui necessitate corporis non urgetur: eleemosynam nō timet, si eidem operi charitas desit, quia diuitiarum subsidijs non eget. Humilem autem charitatem multum metuit, nosq̄ odio prosequitur illā seruantes in terra, quam quia ipse non seruauit in cælo, inde repulsus est.
- 3.** Atq̄ id ex Paulo satis constat, qui cum multa scribere institueret Corinthijs de charitate, sicuti iam ex illis quædam citauimus, præmisit istud: Adhuc excellentiorē uiam uobis demonstro, & statim sequitur doctrina illa de charitate. Vere em̄ uia ista altissima est ad deū, hoīem ambulare in summa charitate. siquidē iuxta sublimitatē dilectiōis, quisq̄ etiā altius ambulat in uia felicitatis æternæ. Vinculū illud neq̄ ē dilectio dei, q̄ uincimur & unimur deo. Funiculus hic est, quo subinde rapimur & attrahimur, iuxta illud domini dicentis per prophetam: Traham eos in funiculis & uinculis charitatis. Sed quō nos ille trahit ad seruanda mandata sua, abripiens & auocans nos a uanitate mundi huius, & trahens ad sublimia regni cælestis. neq̄ uero uinculum tantum animæ hominis est dilectio, sed & ea ipsa uincitur deus ex gratia. Quia quum charitas faciat manere & hominē in deo & ipsum in homine deū, quomodo non forte quid erit & beneplacitum deo? Vinculum illud ipsum dei filium ex sinu patris traxit in terrā, sub castum uirginei cordis domicilium. Imō & hoc uin-
- Bernard.**
- Hierony.**
- Sup. Jez.**
- 2. Corin. 12**
- Osę. 12**
- Johan. 4**

solum è cruce traxit Christum usq; ad inferos, amore sal  
uãdi tum patres in limbo, tum uniuersos homines in ter-  
ris. Quis obsecro cruce defixit dominum Christum? quid  
ibi detinuit illum? non clauus utique, nec funis ipsum po-  
tuisset in illa retinere, nisi uinculis charitatis esset in il-  
la detentus. Quàm enim lapis iste magnus obuolutus se-  
pulchro, non potuit eum in sepulchro detinere, tam nõ  
constrictum cruce detinuissent clauis, nisi tanta fuisset in  
illo generis humani dilectio. Atq; ideo in Canticis legitur:  
Fortis est ut mors dilectio, & dura sicut infernus amula-  
tio. Sed quid tandem morte fortius, ut quæ omnia uel for-  
tissima suæ subijciat tyrannidi? hæc enim homines oēs,  
omnes in aere uolucres, inuictissimas in terra feras, pisces  
maris maximos uincit, domat, perimit. Hoc nimirũ uin-  
culo uinctus fuit ille qui dixit: Quis nos separabit à cha-  
ritate dei? num tribulatio, an angustia, an persecutio, an  
fames, an periculum, an gladius? sicut scriptum est, Quia  
propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut  
oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter  
eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, ne-  
que uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq;  
instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq;  
profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à cha-  
ritate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

¶ Quid multa? uinculum eiusmodi charitas est, quod  
Christianos omnes uno ueluti fasce constringit, & quasi  
uno corpore unit Christo simul & angelis in cælo & do-  
mino deo, iuxta illud: Conglutinaui mihi omnem domũ  
Israel, & istud Moyses, Patribus tuis conglutinator est do-  
minus, & amauit eos. Atq; hinc est quod illam uinculum  
perfectionis uocauit Paulus. Vinculum siquidem istud &  
fortissimum & amplissimum est, quod ab ortu in occa-  
sum se extendit super omnes amicos & hostes, super diui-  
tes & pauperes: non ut iam clamitant neochristiani ad-  
uersus euangelium, nolentes mendicos peregrinos pro-  
ximis suis reputare, quasi tam angustum & strictum uin-  
culum sit dilectio, ut nequeat extendere se amplius nisi  
ad mendicos suæ ciuitatis, omnes. n. qui aliunde aduent-  
uat mendicos, peregrinos reputant, & quidẽ eiusmodi,

R R v

Hugo de  
vict.

Cântico. 8.

Roma. 8

Psalm. 43

Johan. 13.

Matth. 5

Luce. 10

quibus non debeant mutuam charitatem. unde nec quicquam elemosynam eis largiunt, inique sane & (ut supra ostensum est) impie. Vos itaque quicquid dilectissimi deum amate super omnia, & diliget uos, quoniam & honorifica & summe utilis & maxime salutaris est dilectio dei, ut recte dixerit Sapiens: In omni uirtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros eius non derelinquas: Honora deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes. Multa hic induci possent quae mouere nos queant & debeant ad diligendum deum super omnia, quoniam ille nos creauit, redemit, sacramenta nobis maxima elargitus est: adhuc nos gubernat, regit, sustentat corpore & animo, glorificaturus tandem nos in aeterna gloria. Mirro autem haec & istiusmodi quaedam alia de dilectione proximi, de qua nonnulla etiam superius diximus dominica 14. a ferijs pentecostes.

4. ¶ Ad conclusionem huius euangelij iam porro ueniamus: Congregatis, inquit euangelista, pharisaeis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid uobis uideatur de Christo? cuius filius est? Quoniam purum hominem Christum esse putabant, subuertit hic eorum opinionem loco illo **Dauid** dico, siquidem responderunt filium **Dauid** esse eum iuxta datum sibi promissum, De fructu uentris tui ponam super **Jeremi. 23** sedem tuam, & illud propheticum, Euscitabo **Dauid** germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit. Neque omnino nullum fuit hoc responsum, sed tamen non satis perfectum, eo quod hominem tantum profitebatur esse Christum, satis fuerat respondisse eos huiusmodi quiddam, quale est istud **Pauli**, quoniam filius dei Iesus Christus factus est ei ex semine **Dauid** secundum carnem. simulque praedestinatus filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis, atque secundum hanc generationem Christus erat cum nondum esset **Abraam**. Illam autem non agnouerunt Iudaei, quamobrem ita obiecit eis dominus, quomodo **Dauid** in spiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis? Dominus inquam pater dixit domino meo Christo, quod si filius eius est, quomodo in spiritu domini uocat eum & quasi diceret, Sicut **Dauid** in spiritu cognouit Christum filium suum fore, ita in eodem prauidit ipsum sibi dominum futurum, nobis autem Christi

stianis in promptu solutio est, quia filius eius fuit secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem dominus. Iudæos autem hic respexit Christus qui sibi aduersabant, sedebit enim ille ad dexteram patris, donec ponat inimicos suos scabellum pedum, iuxta illud Paulinum: Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Et hoc est quod dicit Origenes: Dominus uidens pharisæos longe esse ab intellectu diuinitatis suæ, uoluit eos prouocare sermonibus suis eò, ut intelligerent psalmum illum totum de se scriptum esse, sicq; uideret statim quod sequitur: In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Vnde cognoscere poterant generationem ipsius æternam ex utero intellectus. Et nemo potuit ei respondere uerbum. Quid enim hoc mirum, si non potuit humana stoliditas & stultitia diuinæ respondere ueritati ac sapientiæ? quod etiam in spiritu præuidit Isaias, dicens: Vidi, & non erat ex istis quisquam, qui iniret consilium & interrogatus responderet uerbum. Hæc autem interrogat dominus, ut si dicant se nescire, interrogent atq; discant: si dicant ueritatem, credant: si uero nil possint dicere, confundantur & secedant. Atq; interrogatio ista, autore Hieronymo, proficit nobis usq; in hodiernum diem contra Iudæos. Etenim qui confitentur eum uenturum, hominem simplicem & sanctum asserunt: ergo interrogemus eos edocti à domino, cur illum David dominum uocauerit. Multa proponit ille ibidem, quæ in prætextum sui erroris comminiscuntur Iudæi fabulosa & inepta, quoniã psalmus hic scriptus sit in persona pueri Abrahæ, cuius filius extiterit Damasc<sup>9</sup> Eliezer, postquam Abraham percussit reges illos quinq;. Sed quomodo tunc sequentia conuenient Abrahæ, quod genuerit illum in splendoribus sanctorum ante luciferum? aut quo pacto competet illud Abrahæ, quod sacerdos ipse sit secundum ordinem Melchisedec, qui tamen decimas accepit ab Abraam, & pro eodem panem obtulit cum uino? Recte itaq; dicit hic euangelista, quia non poruit ei quisquam respondere uerbum, nec audebat aliquis interrogare ipsum amplius. At quis nihil ei rñdere potuerint, insidiari tñ illi nõ desierunt, & ad mortem usq; persequi, sicuti & tertio ab hinc die ipsum

1. Cori. 15

Origenes

Psalm. 109

Isai. 41

Theoph.

Hierony.

Gene. 14

2. re.

Psalm. 109



Hierony.

in crucem suffixerunt. Ex quo intelligimus uenena inuidia posse quidem superari. sed difficile conuiescere. Quo modo etiā hoc nostro seculo neochristiani multis disputationibus cōuicti & superati scriptis plurimorum, ita ueniquiuerint amplius respondere uerbum, latenter tamē non desinunt uirulentum suum prosequi institutum, aliosq; Christianos abducere à ueritate & implicare erroribus. Nos iam oremus dominum, ut custodire nos dignetur ab erroribus fidei, & impartiri gratiam suam sanctam simul & dilectionem dei & proximi, quatenus sic ipsum diligentes, laudemus cum electis omnibus, Amen.

¶ Si uis plura dicere de amore dei, & multiplici eius specie, uide Bernardum de amando deum, Anselmum in stimulo amoris, Kempis in soliloquio, Augustinū in meditationibus, & aliās in pluribus locis, Paraldum amplissime & locos sacrae scripturae, & dicta sanctorum patrum colligentem. Pro deuotarijs & religiosis egregia dicendi materia. Verum seculares in mundo uersati, hanc spiritus dulcedinem non sentiunt.

## DOMINICA XX.

A FESTO PENTECOSTES,

euangelium Matth. IX.

Marci. 2.  
Luce. 5.  
Johan. 5.



**I**n illo tempore Ascēdens Iesus in nauiculam, transfretauit & uenit in ciuitatem suam. & ecce offerebant ei paralyticum iacentē in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam descri-